Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

columnas eius Dixi impiis nolite impie agere et delinquentibus
nolite exaltare cornu Nolite extollere in altum cornu vestrum
nolite loqui adversus deum iniquitate Quia neque ab oriente
neque ab occidente neque a desertis montibus quoniam deus iudex e
Hunc humiliat et hunc exaltat quia calix in manu
domini vini meri plenus mixto Et inclinavit ex hoc
in hoc veritatem sed ex eius non est exinanita bibent omnes
peccatores terre Ego autem annunciabo in secula cantabo deo iacob
Et omnia cornua peccatorum confringam et exaltabuntur cornua iusti
Notus in iudea deus in israel magnum no pmus Glia p
me eius Et factus est in pace locus eius et habita
no eius in sion Ibi confregit potencias arcum scutum gla
dium et bellum Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis
turbati sunt omnes insipientes corde Dormierunt somnum
suum et nichil invenerunt omnes viri divicarum in manibus
suis Ab increpacione tua deus iacob dormitaverunt qui
ascenderunt equos Tu terribilis es et quis resistet tibi
ex tunc ira tua De celo auditum fecisti iudicium terra tre
muit et quievit Cum exurgeret in iudicio deus ut sal
vos faceret omnes mansuetos terre Quoniam cogitacio
hominis confitebitur tibi et reliquie cogitacionum diem festum
agent tibi Vovete et reddite domino deo vestro omnes qui
circuitis eius afferentes munera Terribili et ei qui auferet
spiritum principum terribili apud reges terre Glia p an.
et in eternum nomen tuum domine Psalmus
Voce mea ad dominum clamavi voce mea ad deum et
intendit michi In die tribulacionis mee deum
exquisivi manibus meis nocte contra eum et non sum deceptus
Renuit consolari anima mea memor fui dei et delectatus
sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus Anticipaverunt
vigilias oculi mei turbatus sum et non sum locutus Co